
DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA
DE

ÆMORRHOIDUM SALUBRI ET INSALUBRI PROMOTIONE,

QVAM,
AUSPICE DEO PROPITIO,
Et Consensu atque Auctoritate Gratiosæ Facultatis Medicæ
IN ALMA REGIA FRIDERICIANA,
PRÆSIDE
PRORECTORE MAGNIFICO

N. D. MICHAELE ALBERTI,
R. MAJ. REG BORUSS. AULICO ET CONSIST. MAGDEB. CONSILIARIO,
MED. ET PHILOS. NATUR. PROFESSORE PUBL. ORDIN. ACAD. NAT. CUR.
COLLEGA, SOCIET. REG. BEROL. SCIENT. SODALI, ETC.
FACULTATIS MEDICÆ DECANO SPECTATISSIMO,
omino Patrono, Præceptore, ac Promotore suo, omni honoris cultu prosequendo,
PRO GRADU DOCTORIS
MISQVE IN ARTE SALUTARI HONORIBUS, INSIGNIBUS AC PRIVILEGIIS MORE MAJORUM SOLEMNI OBTINENDIS
HORIS LOCOQVE CONSVETIS,
ANNO MDCCXXVI. D. NOVEMBR.
PUBLICAE AC PLACIDAE ERUDITORUM VENTILATIONI SUBJICIET
RESPONDENS

OHANNES CHRISTIANUS WOYT,
REGIOMONTI BORUSSUS.



HALÆ MAGDEBVRGICÆ,
Typis IOANNIS CHRISTIANI HENDELII, Acad. Typogr.



PROOEMIUM.



Udicium Practicum celebrem inter Medicos obtinuit existimationem, quod propterea pro naturali face ad inveniendos salutares processus inclaruit, hinc *Plato Lib. I. de Legibus* ad essentialia Medici requisita refert, *judiciosam naturæ explorationem, & prudentem ægrotorum directionem ac persuasionem:* Quo vero in opere suo Medicus judiciose concludat atque procedat, ratione sobria & observatione solida niti debet: ob id *Septalius in animadvers. & caution. lib.* . §. 24. profitetur: *Medicus nec ratione in curandis morbis solum nitatur, nec usu aut nuda experientia: Claudicat enim, alterutro horum crure destitutus: Ratio igitur ab experientia incipiat, & in eam etiam desinat; Experientia autem ducem habeat rationem & in eam denique terminetur: utra enim per se indigens, alter alterius auxilio egent: inde oritur judiciosus Medicus:* Quanquam enim ad rationa-

lem morborum tractationem, conveniens illo
cognitio necessaria sit, ut propterea *Hippocr. in Li*
Art. §. *20. text. 4.* & ex illius ore *Celsus* effati sint, c
Medicus qui sufficit ad cognoscendum, sufficiat ad cu
dum, tamen hæc notitia non debet esse superfici
neque manca, neque corrupta, neque imagin
neque nudis opinionibus superstructa, neque ir
ta & mutabilis, sed ex omni parte sufficiens;
laudatus *Celsus in præfat.* elocutus est; *Cujus rei n*
certa notitia, ejus opinio certum reperire remedium non
est: ad hanc certam notitiam vero pertinet, ut m
cus morbum recte cognoscat, deinde ægri sub
qualitates recte inquirat, porro veram morbi ca
inveniat & agnoscat, præterea congruis remedii
structus sit, nec non opportunitatem temporis
operationibus suis recte connectat, ne quicquam
vole, neque temere, neque præmature, ne tum
postere aggrediatur, sed in eo judicium & peri
suam comprobet, quod singulis hisce respectibu
tisfaciat: Nam in negotiis, quæ vitam hominis
cernunt, deliberandum est diu, quod statuendu
semel: *Propter necessitatem enim delinquere non op*
dixit *JCtus Gail. lib. 2. obs. 102. n. 113.* Haud enim
ciosa Medici actio est, aut levi animo quædam pr
mere, aut tenaci affectu suæ tantum opinioni p
cinari, aut ex insufficienti & impatienti morbo
discrimine incertam & ambiguam sibi præfigu
afflictionis speciem, aut ex aperto quodam præ
cio semel constituto concluso insistere; sed potiu
judiciosi artificis character & ornamentum est,

c

conatuum suorum certitudinem, veritatem & evidentiam singulis probis arbitris probare queat; inde veritas non mutuata luce fulget, nec mortuis indiget testimoniis, quam ex authoribus tandem corrupte corradere varii haud erubescunt: imo prudentis & judiciosi Medici signum est, si in arduis casibus suis non tantum viribus scientiæ & peritiæ fidem tribuit, sed ad *Isocratis in orat.* monitum, in *gravibus negotiis multos audiendos, & unam verissimam sententiam ex omnibus eligendam esse*, credit & demonstrat; Nam licet sub contrariis tentaminibus æger facile pereat, tamen prudentes oculi plus vident, quam oculus; ob id judiciosorum Medicorum consultationes semper magnis commendatæ fuere elogiis *conf. Casp. Rejes. Camp. Elys. juc. qv. 16. Bohnius de Offic. Medic. Dupl. Part. I. cap. 5.* Sicut enim *ipse in manus medici incidit, qui peccat coram Domino, qui ipsum fecit: Syr. 38. v. 15.* ita Deo permittente aliquando imperitus Medicus flagellum divinæ justitiæ evadit; quare vicissim aliquando ægris accidit, quod *Sapientiæ* Liber *cap. 13. v. 18. 19.* enunciat: *Pro sanitate quod infirmum est, invocat, pro vita id, quod mortuum, rogat, pro auxilio imperitissimo supplicat, pro successu itineris eum, qui neque gressu uti potest: pro lucro & opera & manuum felicitate ab eo, quod nihil facere potest manibus, felix opus petit:* Ex singulis facile concludere licet quanta scientiæ & peritiæ panoplia instructus esse debeat Medicus, ne errores atque delicta in ipsum conjiciantur: ante omnia vero illud principale Medici fide digni officium erit, quo salutares Naturæ processus atque vias rite observet, neque sibi facile quic-

 quam

quam fingat, huicque commento perperam patrocinetur, neque liberos ac congruos Naturæ motus turbet & supprimat, siquidem medico etiam dicta sunt, quæ *Seneca Epist 122.* enunciavit: *tenenda nobis via, quam natura præscripsit, nec ab illa declinandum: illam sequentibus omnia facilia & expedita sunt: contra illam nitentibus non alia vita est, quam contra aquam remigantibus:* Haud enim vera Medicina opinionibus regitur, quoniam nudæ conjecturæ & præsumptiones facile vitæ & sanitatis detrimentum afferunt: Et quamvis juxta Græcorum proverbium ῥᾶον μωμεῖσθαι ἢ μιμεῖσθαι facilius sit aliquid carpere, quam imitari, tamen in foro Medico ubique prudentia prævalet & commendanda est, ne a via quisquam deflectat & sperato scopo destituatur. Evidens talis labyrinthus occurrit, quando in foro Medico Naturæ motus sinistre promoventur, aut inopportune excitantur, aut plane ad diversos peculiares fines præter ullam necessitatem & utilitatem diriguntur & urgentur: Tales aberrationes in Praxi Medica aliquoties in salutarium Hæmorrhagiarum Regimine committi solent, velut in Narium Hæmorrhagiarum, Mensium, Lochiorum & Hæmorrhoidum directorio ac processu; quoties ex inconsulta & inconvenienti illarum tractatione morbi corrupti, complicati, chronici, acuti, incurabiles, imo plane lethales provocentur, forte incognitum esse haud potest, si observationes attento concilientur animo: Nos hoc loco in amplissimi hujus argumenti meditationem profundius immergere haud volumus, sed tantum e reliquis Hæmorrhagiarum speciebus pau-

a de Hæmorrhoidibus hac occasione proferre cogi-
amus; hic fluxus quantis subjectus sit judiciis, qui-
bus etiam gaudeat successibus, passim jam innotuit;
uare tantum ex multis observationibus, illum con-
ernentibus, hanc unicam considerationem omnium
ollicitæ annotationi commendamus, an vitæ & sa-
itati salubre sit, hunc fluxum tolerare, si accedit,
acilitare & promovere, an vicissim supprimere; Et
uoniam illius prudens directio & promotio omni-
us peritis Medicis cognita & perspecta esse debet,
a præsenti occasione, qua selectum quoddam Pra-
icum argumentum publico Inaugurali Specimine
ommendare & ventilare cogitamus, DE HÆ-
IORRHOIDUM SALUBRI ET INSALUBRI
ROMOTIONE differere placet: Ad quod proposi-
m nobis ante omnia divinum adjutorium devotis
oramus precibus, quo conatus nostri salutaribus
exoptatis usibus & successibus subleventur & coro-
ntur.

§. I.

HÆmorrhoidalem fluxum multis *molestum* & *exo-
sum* esse, numerosa comprobant testimonia,
quare varii etiam illius fluxus *promotionem* an-
xie deprecantur, quin potius *præservationem*
ab hoc, ut ajunt, *malo* postulant, hinc varii et-
n Medici de *præservandis* Hæmorrhoidibus tractant, ve-
*Rondeletius cap. de Hæmorrh. Roder. a Fonseca Tom. I. con-
t. 27. Willisius in Pathol. Cerebri & de Scorbuto.* Perquam
nen *rara* est inter Medicos *practica* consideratio de Hæ-
rrhoidum *promotione*, ni ex illarum *suppressione* varia
gravia

gravia oriantur *pathemata*, quæ ſecundum *nonnullorum* ob-
ſervationem atque ſuffragium non *melius* & *ſincerius*, n
amiſſarum Hæmorrhoidum tempeſtiva *reſtitutione* aut *c*
rari, aut *mitigari* poſſunt: interea multorum votum ac d
ſiderium eo magis inclinat, ut *conſultius* & utilius e
judicent, ſi talia pathemata *citra* novam Hæmorrhoidu
apertionem & cum hujus *ſervitutis* ac jugi *evitatione* cura
queant: quod vero interdum *eluctantes* motus hæmo
rhoidales prudenti ac *modica* promotione indigeant, n
modo plurimi *dubitant*, ſed multi qui *vere enitentium* H
morrhoidum indolem recte perſpectam habent, uſitati
plenariam & actualem illarum eruptionem omnibus vi
bus *avertunt*. Sed dum in præſenti themate de *H*
morrhoidum ſalubri & inſalubri promotione differere nob
animus eſt, non quidem in *titulo* aliquam *obſcuritate*
extricandam & illuſtrandam eſſe deprehendimus, qua
potius in limine hujus tractationis ſignificandum eſſe ce
ſemus, quænam *circumſtantiæ* noſtrum animum *ad ha*
practicam *invitarint* animadverſionem: ob id indicamu
quod *ob illum* reſpectum, quia *nonnullis* ſubjectis *hæmo*
rhoidalis fluxus multam attulit *ſalubritatem*, non temere
promiſcue ulli ſubjecto *motus* hæmorrhoidales *excitan*
ſint, ni *ſpecialis* ad illos præſto ſit *proclivitas*: deinde ſim
le iniquum eſſet judicium, quod, ſi quidam *veri* apparat
hæmorrhoidales *libero* & facili ſuo ſucceſſu fuerint *deſtit*
ti, reliquæ tamen circumſtantiæ *utilitatem legitimi* illi
fluxus probarent, tales conatus omni ſtudio *ſuffocandi*
repellendi ſint, ſed quod rectius in *nonnullis* caſibus exqu
ſite circumſpecta, lenis, *moderata*, *tempeſtiva* & efficax H
morrhoidum promotio & *apertio* proficua ſit: ob id ſ
briæ *rationes* & prudentes *obſervationum* conciliationes
liquando talem peritam & *opportunam* promotione
ſuadent: Interim in hoc proceſſu promovendi Hæmo
rhoides *duplici* modo periculoſus *error* committi pote
quando partim *veri* conatus hæmorrhoidales *incongr*
tracta

tractantur & perverse *promoventur* : qualis commotio Hæmorrhoidum non nisi aperte *perniciosa* esse potest & solet: partim quando *temerario* ausu, sub *bona* quidem intentione, *imperita* tamen inventione & *perversa* execu-tione, Hæmorrhoides quidam urgent, *impellunt* & ad apertionem obtinendam prosequuntur, ubi *neque ulli* motus hæmorrhoidales tale officium *indicant*, quia ipsi *desiunt* & qui *pro* hæmorrhoidalibus *reputantur* conatibus, plane *alterius* prosapiæ commotiones & afflictiones sunt; ino quando aliqui vagabundos, *anomalos*, intricatos & in *cutos* affectus pronos *motus* hæmorrhoidales nihilominus *audacter* invadunt & cum *impetuosa* methodo in ordiem ac ad *aperturam* perducere promittunt atque sperant: sub quibus *ausibus* nonnisi *funesti* oriuntur affectus, ui evidens testimonium *insalubris* susceptæ promotionis Hæmorrhoidum perhibent: exinde facile patebit, quod nstitutum differendi de *salubri* & *insalubri* Hæmorrhoium promotione magnam omnino promittat *utilitatem*, uæ in *illa* proinde animadversione eo magis inclarescet, uando *aliquoties* contigit, ut *Zelotes* medici, qui *cæco* aliuo impetu sine adhibito justo *discrimine* Hæmorrhoidali *atrocinantur* negotio, *ludicre* & rigorose *Hæmorrhoidum* romotionem in *incongruo* subjecto, tempore, ordine, stau, modo urgent, hocque conamine & varia *subjecta* hæmorrhoidaria & *Famam* negotii hæmorrhoidalis perdunt, nde ex *funesto* ejusmodi successu & statu, illi, qui alias *Naturæ* motus *iniquo* prosequuntur odio, *totum Hæmorrhoidum* processum damnant, neque *ullam salubrem* Hæmorrhoidum promotionem agnoscunt, sicque ex hac *erronea* motuum hæmorrhoidalium directione, *falsum* formant judicium atque decretum.

§. II.

An Hæmorrhoides interdum *moderata* & *perita* indigeant promotione, non quidem hoc loco fusius probare,

re, sed ex aliis demonstrationibus, quæ in commendatio Hæmorrhoidalis negotii innotuerunt & inclaruerun *supponere* lubet, illud tamen hoc ordine de *tali* conatu, q interdum hujus fluxus *promotioni* quadrare debet, signi camus, quod quandoque *loco securæ* & moderatæ prom tionis, impatientes, præcipites, intempestivi & impetuo *impulsus motuum* hæmorrhoidalium suscipiantur, qua ob rem loco facilis & *modicæ* eruptionis, *pertinaces* & *pe niciosi* infarctus, periculosæ stagnationes, fatales stases, minosæ inflammationes & *funesti* denique effectus cons quuntur: quodsi vero viciſſim *ab intra citra* adhibitu auxilium *medicum* motus illi hæmorrhoides *urgeant*, tur viciſſim *varia* oriuntur afflictionis schemata, quæ no modo *molesta* & dolorosa, sed & perinde *ominosa* existun ut propterea quidam practici *quæstionem* illam proponan quid cum ejusmodi Hæmorrhoidum statu suscipiendu sit, *conf. Frommannus de Hæmorrh. Part. I. probl. 39. p. n. 4 seq.* Quod enim *justa* methodo *apertæ* & *restitutæ* H morrhoides aliquoties multum *levamen* conciliaverin *multis*, si opus esset, probari posset testimoniis: imo al quando *sponte* natura, *citra artis* concursum *retentas* H morrhoides denuo cum *euphoria* & evidenti emolumen to relaxat atque *liberat*: quapropter *illi* assertioni nun quam subscribimus, quasi Hæmorrhoidum *apertio absolu non* promovenda sit: Id quidem veritas *facti* est, quod i *nonnullis* subjectis *fluentes* Hæmorrhoides varias pariar *molestias*, quæ vero quando *plane non* succedunt, *major bus* & periculosioribus afflictionibus ansam præbent: ex inde haud valet consequentia, quasi *nunquam* fluxus hæ morrhoidalis *adjuvari* & in *ordinem* duci debeat: stant vero illa veritate, quod Hæmorrhoides *multis* personi *salutares* sint, attamen non *æquipollens* est veritas, quod ve *omnibus*, vel *semper* illæ salutares existant, per bonam con sequentiam etiam neque omnibus, neque semper Hæ

mor

morrhoides promovere salubre est: interim secundum Regulam Juris *L. 29. §. 1. ff. de probat. Veritati locus semper superest*: propterea modo *rationali* & *salutari* studio ac methodo, modo cum *detrimento* & præjudicio Hæmorrhoides promoveri possunt, id quod, tanquam veritas *practica* in Hæmorrhoidum explicatione significandum est: Et si Hæmorrhoidum *salutaris* promotio neque adeo *facilis*, neque admodum *cognita* est operatio, imo si *insalubris* illarum promotio aut præjudiciosa earum *perturbatio* ac offensio perquam facilis existit, proinde vero *legitimum* Hæmorrhoidum directorium res *magni* momenti est, hinc in tam delicato & *intricato* negotio multum utique refert *salubrem* & *insalubrem* processum promovendi Hæmorrhoides nosse: *Bona* enim actio *inopportune* aut *imperite* præstita, *salutarem* successum & eventum haud assequitur: quare duo cum faciunt idem, non est idem; siquidem *unus* Hæmorrhoides cum *salubri* eventu, *alter* cum *pernicioso* exitu promovere potest: nec quempiam excusare potest, si provocaverit ad negotii hæmorrhoidalis salubritatem & *auream* velut æstimationem, sub *inconsulta* & imprudenti illa subsumptione, quod *bona* sint *promovenda*; scire enim convenit aureum illud dictum *Ecclesiastes 3. v. 1. Cuique sua & tempestas & tempus cuique voluntati sub cælis*: Quando porro de *insalubri* Hæmorrhoidum promotione nobis inpræsentiarum sermo est, haud de *talibus* tentaminibus agimus, quæ ab *omni rationali* methodo *aliena* & manifeste *imperita* ac *temeraria* sunt, sed quæ sub reliqua bona *specie*, *sinistros* tamen sortiuntur exitus; ubi iterum ad *probata* remedia provocare velle, *nihil* excusat, quoniam nihilominus præjudicialis illa quæstio salva manet, an *utilia talia* remedia etiam *prudenter* & *perite* adhibita fuerint, siquidem talia medicamina haud *per se* & *absoluta* sua virtute morbos tollunt, sed *judiciosi* & probati artificis ordinationem & *directionem* postulant: Et-

enim *errores*, in Hæmorrhoidum *practica* tractatione com-
missi, non facile retractari & emendari possunt: *erran-
tis vero nullus est consensus* secundum *L. 119. §. fin. ff. de R.*
quare æquitas postulat, ut *erroneos* nonnullos processu
indicemus, ne tales inde oriantur consecutiones, quæ d
in *totum* Hæmorrhoidale negotium *præter meritum susp-
ectum* reddere & *multis* variis luctuosis erroribus *ansam* pra
bere possunt.

§. III.

Neque propterea *semper* consultum est *conatus* hæ
morrhoidales *directe* movere & promovere, ni *periculos*
inde metuenda veniant consectaria: quapropter ex *rati
nis* dictamine & *observationis* suffragio nunc nonnullas *ci
cumstantias* annotabimus, quæ clarius indicabunt, in *qu
bus casibus minus prospere* Hæmorrhoides promoventu
Et ita 1) in subjectis *valde* activæ & *præcipitis* indolis, siv
perquam *calidi* temperamenti, velut *cholerico-sanguine*
nec non in *cholerico-melancholicis*, directe, *impetuose* & r
gorose motus hæmorrhoidales *impelli minime* deben
2) in subjectis cœteroquin valde *sensibilibus* & ad *nimia*
aut *excedentes* commotiones proclivibus *fortis* motuu
hæmorrhoidalium excitatio valde *præjudiciosa* existit, qu
niam facile in *repentinos* & *acutos* affectus degenerat: 3) su
diuturna, aut *repente* inducta, maxime vero *contumaci al*
retentione & *Spasmodica* obstructione *internus* motuu
hæmorrhoidalium impulsus valde est *periculosus*, nequ
unquam ad *propositum* scopum pertingit. 4) *extra aliqu
lem* tendentiam, aut *conatum naturæ* ad *hæmorrhoidalem*
vacuationem, minime convenit *intempestive* motus hæ
morrhoidales provocare, qui utplurimum gravissima
plurimarum ad vitam & sanitatem spectantium functi
num *anomaliam* inferunt: 5) quando *motus* hæmorrho
dales admodum *exorbitant*, per *alias* corporis regiones
loca *vagantur*, subinde etiam valde *contumaces* existun
tur

unc *hoc* tempore cum *magno* rigore in illos *irruere*, mul-am minatur *perniciem*. 6) si cœteroquin conatus hæ-norrhoidales non modo *anomali*, sed & *vehementes* & im-nöderati grassantur, tunc *hoc* tempore illorum *eruptionem* rgere velle, valde *periculosum* est, siquidem sub tali ausu ariffime hic scopus *impetratur*, quia longe facilius, citius & certius *repentini lethales* affectus provocantur: 7) quod etiam *præter* præsentes tales *impetuosos* motus hæmor-hoidales, aliarum *ordinariarum* evacuationum *tenaces* re-entiones præsto fuerint, tunc *directus* Hæmorrhoidum *npulsus* non modo *præsentes* calamitates & spasmorum xcessus *adauget*, sed & *alia nova* periculosa pathemata con-ocat, ut sub tali complicatione eo *major* inde oriatur *erniciës*: 8) quando sub *acerbioribus* & immoderatioribus *noliminibus* hæmorrhoidalibus *alii* affectus una *coincidunt*, elut *podagrici*, *arthritici*, *nephritici*, *ischiadici*, acerbiores *hy-ochondriaci* &c. tunc *hac* occasione *strenue* Hæmorrhoi-um apertionem *urgere* velle, maxime *alienum* est: 9) si um *eluctationibus* hæmorrhoidalibus *immoderatioribus* ma-nus sanguinis *orgasmus* concurrit, tunc *inopportunum* est entamen, *hoc* tempore Hæmorrhoidum *eruptionem* urge-e, ne dum quidem *suscipere*, quoniam *præjudiciosa* illa san-uinis ebullitio non modo sub *hoc* conatu magis *augetur*, ed & *congruæ* Hæmorrhoidum eruptioni valde est *con-raria*: 10) quando *motus* hæmorrhoidales *immoderati* ab minosa sanguinis *plenitudine* sustentantur, *incongruus* est usus ita *temere* illorum *exitum* & eructationem *urgere* elle, quoniam illa *præjudiciosa* sanguinis *ubertas* facile *a-is* concurrentibus *anomaliis periculosis* occasionem mi-istrat: 11) si *motus* hæmorrhoidales per *prægressas* vehe-nentes commotiones *corporis* & *animi*, per vitia *diætæ* & ntemperantiam, per luxum nimirum & excessum in *car-ali* libidine *excitati* fuere, tunc ita *confestim* in illos *irru-re*, aut eosdem ad Hæmorrhoidum *apertionem adigere*,

 teme-

temerarium & periculosum est conamen: 12) quodsi *intensioribus* moliminibus hæmorrhoidalibus eximia et sanguinis *spissitudo* concurrat, tunc strenue & *rigorose* Hæmorrhoides ad *exitum* ducere velle, *haud* salubre est, q inde facile *magnæ* & lethales provocentur *stases* totum morrhoidalem processum turbantes: 13) quando *ante natuum* hæmorrhoidalium invasionem & *sub* illorum cursu *multæ* & *tenaces* alvi *stricturæ* afflixerunt, *haud* s bre *tunc* erit, *confestim* & *directe* Hæmorrhoides ad *eru nem urgere* velle: 14) si *sub* hæmorrhoidalibus conati aliæ inversæ, *anomalæ*, symptomaticæ *evacuationes*, v vomitus valde affligentes concurrunt, tunc operose *rigorose* Hæmorrhoides urgere velle *minime* consult est, quia inde *periculosiores* & haud facile *corrigendæ* a maliæ oriuntur: 15) si *sub* talibus *moliminibus* hæmorrh dalibus, *citra* respectum ad negotium *hæmorrhoidale ali* longe methodo *calida*, carminativa, spirituosa, volati aut plane *narcotica* adhibita & ordinata fuerunt, tunc *rantibus* adhuc illis moliminibus superveniens *directa positiva* fluxus hæmorrhoidalis *impulsio* & *coactio minus* lubres nanciscitur progressus?

§. IV.

Præter hasce observationes & cautelas practicas huc *plures aliæ* notandæ & in reliquo *usu medico* solic observandæ & conciliandæ sunt; quare 16) *motus* hæm rhoidales *prima* vice accedentes minime *impetuose* & gorose cogi & impelli debent, alias ex *hoc modo* tracta negotium hæmorrhoidale mox in *primo* limine *pericul* anomaliæ hæmorrhoidales provocantur & generant quæ postea ægerrime & rarissime *emendari* possunt: 17 mnis strenua & *coacta* motuum hæmorrhoidalium p motio *suspecta* est, quia Hæmorrhoides *lenem* & prud tem postulant methodum, *asperam* vero & audac magnis prosequuntur *anomaliis*: 18) in *omnibus ambig*

cc

mmotionibus, quæ cum negotio hæmorrhoidali ali-
uam *affinitatem* habere videntur, haud *temere* Hæmor-
hoides *urgere* & impellere licet, quoniam ex ejusmodi
nperito ausu facile *complicati* & *corrupti* oriuntur affectus,
ui dein *ægrius* maxime *congruis* medicationibus obtem-
erant: 19) quo *magis* motus hæmorrhoidales cum *acer-
oribus dolorosis* cruciatibus sunt *conjuncti*, eo *minus* sub
li tragoedia *fluxum* Hæmorrhoidum *excitare* & *cogere*
onvenit, quoniam sub exacerbatione illorum *dolorum* &
otuum facile *lethalia* consequuntur pathemata: 20)
æcipue vero sub *intensiori Colica* hæmorrhoidali, fluxum
inc *proritare*, extreme *periculosum* est, dum sub frustra-
one *successus* propositi scopi, simul futura *sanitas*, si non
ane *vita* deperditur: 21) quando *primæ viæ* cum
ultis *cruditatibus*, præcipue *intestina* cum coacervatis
crementis onerata & oppleta sunt, tunc *positive*, proxi-
e & *directe* Hæmorrhoides *expellere* velle & irritum &
nerarium est conamen: 22) quodsi in *abdomine suspectus*
sceris cujusdam *infarctus* adfuerit, tunc irruentibus *hoc
npore* conatibus hæmorrhoidalibus aut *anomalis*, aut
imoderatis, *haud* convenit *eruptionem* hæmorrhoidalem
gere, sed potius *suspectos* motus, qui *liberam* hanc eva-
ationem *impediunt*, *mitigare*, & abrogare: 23) quando
n motibus hæmorrhoidalibus multa *flatulentia* concur-
, tunc perinde Hæmorrhoidum in hoc temporis articu-
suscipienda *promotio minus* secura, verius vero pericu-
a est, a qua propterea *tum temporis* abstinere convenit:
)quando *Lochia repente* & fortiter sunt *suppressa*, mox
ro *immoderata* irruunt hæmorrhoidalia *molimina*, cum
ltis *spasmis* & *sanguinis* commotionibus stipata, tunc i-
um Hæmorrhoides *impellere*, aut *anxie* urgere velle,
nus salubre est: 25) quando *motus* hæmorrhoidales *ali-
oties frustraneum* tentarunt insultum, adeoque in *vano*
i conatu *obfirmati* sunt, insuperque varias *anomalas*
com-

commotiones in suum traxerunt *comitatum*, tunc non m
do *inani* labore negotium *hæmorrhoidale* torquetur, du
ad *eruptionem* adigitur, sed & facilius *periculosa* metuen
erunt consectaria: 26) quando *fluentes antehac* Hæmo
rhoides per *vehemens animi* pathema turbatæ & *suppre*
fuerunt, tunc *denuo* invadentes motus hæmorrhoidal
communem promotionem haud tolerant, sed a *levi* co
motione facile in *suspectas* anomalias conjiciuntur: 27)
etiam *suppressiones* Hæmorrhoidum *diutius* continuaru
indeque a *legitima* & libera eruptione deflexerunt, tu
in *futurum* supervenientes *conatus* hæmorrhoidales,
plurimum *irregulares* sunt & *modestæ* promotioni *non* o
temperant, *rigorosam* vero *periculosis* excipiunt pathem
tibus: 28) si Hæmorrhoidarii sub *multorum* manibus *va*
modo ac processu *exercitati* fuerunt, tunc *non facile* qu
quam, cui negotium hæmorrhoidale cœteroquin *opti*
cognitum & perspectum est, ad *eruptionem* hæmorrho
dalem obtinendam manus admoveat, quia certius *ul*
mus mali status *præcedentes* gravitate & *periculo* superab
ut propterea *ultimus medicus* de *funesto* eventu *reus* habe
tur & declaretur: 29) si porro hæmorrhoidarii homin
sunt *immorigeri*, impatientes, immoderati, vagabundi,
nimi *vehementis*, inconstantis &c. tunc in illis non tem
re *acerbiorum* moliminum hæmorrhoidalium status i
pellendus, sed prius *major* illorum impetus *demulcend*
est, antequam *directe* ad *promovendas* Hæmorrhoides a
mus dirigatur: 30) denique in subjectis, quæ seorsim
intestinis singulari *sensibilitate* prædita sunt, nec non
quibus aliis subjectis *vehementes congestiones* & restriction
sanguinis ex *remotis* & extraneis corporis regionibus
interna hæmorrhoidalia loca contingunt, sub tali statu n
facile *directe* & *positive* Hæmorrhoides *commoveri* debe
Et secundum hasce observationes ac cautelas *reliqua* H
morrhoidum promotio *prudenti* deliberatione dijudica
da erit.

§.

§. V.

Ex hactenus dictis facile nunc in *specialiori* deductione inclarescet, quænam *salubris* & quæ vicissim *insalubris* Hæmorrhoidum promotio existat: quare *primo* loco *salutarem* Hæmorrhoidum sublevationem & promotionem specialius explicare lubet; in hac disquisitione vero *triplex* illa singularis circumstantia erit annotanda, *primo*, *quando* Hæmorrhoides promovere conveniat? *deinde*, *quibus probatis* ac securis *mediis* hæc promotio tractanda sit? qua *denique methodo* illa dirigi debeat? *Primam* quod attinet circumstantiam, tunc hæc Hæmorrhoidum promotio locum invenit 1) *quando motus*, qui pro hæmorrhoidalibus habentur, *vere tales* sunt, neque in *ancipiti* fluctuant statu; quæ animadversio memori & prudenti animo tenenda est, quoniam interdum quædam commotiones, ad longe *aliam* morborum *familiam* spectantes, *pro hæmorrhoidalibus* æstimantur & tractantur: quemadmodum pathemata nephritica &c. uti §. 3. n. 8) indicatum fuit, aliquando conamina hæmorrhoidalia *æmulantur*, sed vix *perfecte* constituunt: 2) quando porro motus *veri* hæmorrhoidales in *mitiori*, leniori & *tractabiliori* gradu constituti sunt, ut alicui *placidæ* admonitioni facilius obtemperent, neque in contrarias, aut *anomalas* abeant partes: 3) quando etiam illi motus jam paulo *propius* in locis hæmorrhoidalibus operantur & enituntur, ut facilius propterea ad *ultimam* eruptionem promoveri queant: 4) quando *sanguis* proportionata *mobilitate* illis motibus respondet, neque supervenienti artificiosæ promotioni suspectis *infarctibus* stagnationibus & stasibus resistit, sed partim *promptæ* eruptioni, partim congruæ *fluxioni* satisfacit: 5) quando *ægrotorum* indoles tractabilis, *moderata*, continens & salutaribus consiliis morem gerens deprehenditur, in quibus sub tam *sensibili* negotio medici conatus placidiorem & *faciliorem* nancifcuntur successum: 6) quando molimina talia

hæmorrhoidalia adhuc *recentia*, neque frequenti & re
tita invasione in aliqua suspecta *contumaci* & refracta
qualitate obfirmata, sed adhuc *flexilia* & placida sunt, q
propterea iterum *medicis* manuductionibus *regulari* &
quo magis successu obtemperant: 7) quando hæmorrh
idalia talia subjecta *multo* medicamentorum usui *non*
sueta sunt, indeque *temperata* methodo facilius iteru
dirigi possunt, dum in iisdem *leniora* auxilia & securio
& efficaciora existunt, reliqua vero facilius *sinistros* ef
ctus invitare solent: 8) quando *proximiores* hæmorrho
dalium viarum & locorum regiones sufficienti fruunt
apertura, ne hac deficiente, sub moderata etiam motuu
hæmorrhoidalium promotione, suspectæ humorum *inc*
cerationes oriantur: 9) quando motus hæmorrhoidal
proximius ad apertionem tendunt, neque confuse *circu*
vagantur, quales posteriores non nisi motus *nothi* ac *spu*
hæmorrhoidales existunt, qui sub hac *immoderata* qua
litate ad *salutarem* exitum perduci *haud* possunt: 1
quando in *reliquo* corpore motus *sanguinis* non valde ir
tatus & *perturbatus* est, ut propterea *lenius*, benignius
efficacius hæmorrhoidales motus ad exitum congruu
duci possent, neque ab *aliis sinistris* commotionibus in
pediantur: 11) quando in hæmorrhoidariis subjectis *a*
sunt connatæ suspectæ qualitates, quæ toti processui hæmo
rhoidali facile arduas anomalias communicare possu
præcipue quando motus hæmorrhoidales *levi* etiam *s*
mulo invitantur & admonentur: 12) quando *ordinar*
excretiones vel *libero* gaudent successu, vel a *confuso* g
du liberatæ sunt, ne *promptæ* Hæmorrhoidum perrupti
ni impedimenta afferant; quemadmodum nihil certius
efficacius illarum promotioni, quam *alvi strictura* resiste
solet: 13) quando prius *alia* impedimenta, velut præju
ciosa *animi* pathemata, nimia *ventriculi* oppletio, mole
flatulentia, multæ impuritates in *primis viis*, copiosa *b*

in

intra inteſtina effuſa, ominoſa *acrimonia* & ſubtilitas ſanguinis &c. ſunt remota, ne ſub *temperata* etiam Hæmorrhoidum promotione, illa cum eximio præjudicio *exaſperentur:* 14) quando *neceſſarii* motuum, ad hanc hæmorrhoidalem excretionem *ſufficientium*, gradus deficiunt, adeoque aliquali *ſtimulo* indigent; ubi propterea cavendum eſt, ne in tali molimine hæmorrhoidali ulli *exceſſus* motuum præſentes, magis exacerbentur: 15) denique quando ob reliquam circumſtantiarum conditionem *certa* inclareſcit *utilitas*, quando Hæmorrhoides ad *actualem* perducuntur apertionem: Hi ſinguli reſpectus huic conſiderationi favent, quando *tempus* & *neceſſitas* ſub examen vocantur, quibus hunc ſenſibilem hæmorrhoidalem fluxum promovere integrum judicari poſſit.

§. VI.

Secunda nunc ſequitur quæſtio decidenda, quibus videlicet *ſecuris* ac *probatis* conſiliis & auxiliis Hæmorrhoides cum *ſalubri* ſucceſſu & effectu promoveri queant; ad *facilitandum* itaque fluxum hæmorrhoidalem ſequentes indicationes Practicæ conducunt, ut *ſanguis* in debitam *mobilitatem* reſtituatur, ut *viæ* in neceſſariam *lubricitatem* redigantur & ut *motus* excretorius leniter *provocetur;* reliquæ indicationes ad pleniorem methodum pertinentes, in tertia quæſtione erunt annotandæ: quod vero in præſenti diſquiſitione *primam* indicationem concernit, tunc *libero* Hæmorrhoidum fluxui vel nimia ſanguinis *ſubtilitas*, vel major illius *craſſities* præjudicat: *illi* præcipue conducunt temperata *gelatinoſa*, non valde pinguia, ſed avenacea, hordeacea, farinacea, pultacea, nec non *abſorbentia* C.C. pulveriſatum & ſine igne paratum, teſtacea conchilia, lap. 69. & ſimilia alia, quæ non *adſtringunt*, nimium impaſtant & vias exſiccant; hiſce opportuno tempore fidas manus præbent temperata *acida*, ſub *diæta* modice uſurpanda, velut, paſſulæ coctæ, poma cocta & citri mo-

dicus usus; cavendo, ne cum hisce excessus committatur quia in talibus hæmorrhoidariis facile *colicas* causantu passiones: *Lacticinia* in præsenti circumstantia, licet alias *subtiliorem* sanguinem quadantenus demulceant & in consistentiam temperatam convertant, quod præcipue Serum Lactis efficit, non conducunt, quia tales hæmorrhoidari communiter impuritates *biliosas* & *acidas* in ventriculo & intestinis asservant, quæ cum lacte ægre conveniunt: quædam acidulæ similem præstant efficaciam, dum Serum subtile sulphureum orgasticum ad faciliorem excretionem disponunt, reliquam vero massam sanguineam in temperatam consistentiam convertere adjuvant, insuperque primas vias optime abstergunt & purificant, *alvum apertam* conservant & vias *hæmorrhoidales* liberas & permeabile reddunt: Multum enim in hac indicatione confert, quando sanguis valde rarefactus a *subtilioribus* recrementis Sulphureo Salinis, quæ ipsum in ominosam *intemperiem* conjiciunt, sua acrimonia in partibus *nervoso* membranos *contrarios* motus eliciunt, suspectam massæ sanguineæ *ebullitionem* provocant, multam *bilem* generant, primas via magis inquinant, adeoque *regularibus* motibus hæmorrhoidalibus multiplicem remoram injiciunt; quare ad *motuum* hæmorrhoidalium directionem & promotionem etiam promotio justæ *temperiei* in *sanguine* conducit: præterea *spissitudini* sanguinis, quæ eximie hæmorrhoidales progressus *turbat* & impedit, talibus moderatis consiliis & auxiliis succurrendum, quæ non modo sanguinem in congruam *fluiditatem* convertunt, sed & *excretiones* ordinari sublevant & facilitant: quare omnia alimenta, potulenta, elementa & medicamenta *refrigerantia*, nocent: præcipue vero in hoc respectu temperata & conveniens *diæta* ordinanda & observanda erit, quæ plus emolumen promittit, quam speciosa pharmaca: hinc humectanti jusculã temperata, decocta dilutiora, usus diæteticus cha

refol

efolii, spinachiæ, bacc. laur. & junip. sem. synap. rad. armo-
ac. raphan. Infusa calida theiformia, Acidulæ Seltenses,
edlicenses, Aquæ Dynstadtienses, Wildungenses, Egranæ,
c. optime conveniunt; præterea ad hunc scopum faci-
us obtinendum conducit assiduus, constans & *moderatus*
orporis motus, labor, peregrinatio &c. *Spirituosa* concen-
ata, utpote spiritus ardens, *nocent*; *Medicus* tamen usus vi-
i *generosi* hanc indicationem sublevat: quando vero
nguis *nimis* subtilis est, tunc vinum & *acriora* aromati-
a, præcipue piperata, caute & parcissime sunt admitten-
a: Evitanda subinde sunt talia animi pathemata, regimi-
a & diætæ attributa, quæ quomodocunque humores ir.
terant ut motibus ac progressibus hæmorrhoidalibus im-
edimentum afferre possent.

§. VII.

Quod porro *viarum*, cum hæmorrhoidali negotio
nspirantium, rationem & *qualitatem* attinet, tunc in *inte-
inis* præcipue abesse debet suspecta *siccitas* & *strictura*; u-
aque vel *internis* vel *externis* adminiculis emendari pot-
st: *interne* conveniunt prædicta *lenientia*, emollientia &
iluentia diætetica, jufcula gelatinosa, oleosa diætetica,
va sorbilia cum butyro mixta, passulæ exacinatæ majo-
es & minores coctæ, olei olivarum usus paulo frequen-
or; *extrinsecus* conducunt interdum linimenta ex oleis
mollientibus; cavendo ne suspecta alvum *stimulantia* mi-
ceantur & adhibeantur, ut sunt fel tauri, ol. colocynth.
ngv. de arthanita, confect. Hamech & similia, quæ cane
ejus & angue fugienda veniunt: neque quidem *sæpius*
lia emollientia linimenta ob conjuncta quædam incom-
oda, adhiberi debent: omnium optime confert prudens
sus *Clysterum* lenientium & ad evitandam ac educendam
ræjudiciosam *flatulentiam*, parcius *roborantium*; cavendo
e similia stimulantia illis conjungantur: neque tamen
onsultum est Clysterum usum *accumulare*, aut accelera-

 re,

re, quoniam perinde a tali *imperita* illorum ordinatio damna metuenda sunt, velut intestinorum *atonia*, *fla lentia* major, impeditior progressio sanguinis in abdom ne, ominosi *infarctus* sanguinis in ventre & locis hæm rhoidalibus, interni ardores, angores, supervenientes a mali spasmi, confusi motus febriles, in lentam febrem clinantes, *tympaniticæ* ventris extensiones, cardialgiæ, natus vomibundi &c. Multum sane refert, quo in in stinis *congrua* adsit apertura, sub qua denique motus h morrhoidales minime urgeri & impelli debent; neque iam securum est, hanc intestinorum laxitatem *impatient* provocare, quia tota *salutaris* Hæmorrhoidum promo *lenissima* maximeque circumspecta methodo tractari bet: quo porro *alvina* excretio adjuvetur & primarum gionum impuritas evacuetur, *lenis laxatio*, videlicet in sum ex rhabarb. passul. min. & crem. tartari: aut Laxar tartarisata remedia cum dilutiori decocto avenæ soluta, dito tantillo Gummi Ammoniaci & extr. gentian. ru conducunt; vel conveniunt pilulæ ex extr. absinth. c cent. min. gent. rubr. G. Ammon. bdell. aloes corr. gr extr. panchym. croll. gr. iij. nitr. fix. gr. j. quæ opportu plane tempore, & quando omnes conatus hæmorrhoi les quieti sunt, neque actualis alvi strictura adest, ordi ri possunt: optime etiam huic indicationi quadrat u modicus *temperatæ* aquæ soteriæ, quæ vias & regiones h morrhoidales perquam aperit: Molestiæ vero, quæ a *tulentia* provenit subvenire convenit, bona diæta, & hac imprimis proficit usus sem. carv. anis. bacc. laur. & nip. herb. salv. thym. cavendo ne acriora subjecta, ve piper & zingib. largius & frequentius ingerantur: Le unt denique & facilitant alvum congruo tempore adhi *pediluvia* & *fomentationes* vaporosæ, quæ tamen iter haud frequentius applicari debent: Deinde *spasmodici* tervenientes & sæpius ac gravius affligentes motus circu

spe

pecte mitigandi sunt, qui non modo vias hæmorrhoida-
es valde *occludunt*, sed & reliquum *progressum* sanguinis
er *abdominis* viscera admodum *turbant*, adeoque *saluta-
m* negotii hæmorrhoidalis processum valde impediunt;
uapropter illi præjudiciosi *spasmi* in & externis *lenienti-
us*, *temperantibus* & secure *sedantibus* corrigendi & aver-
endi sunt: prioris classis remedia hactenus commendata
roftant: *temperantia* sunt nitrosa velut pulveres ex nitro
epur. cryftall. tart. lap. 69. citr. corall. rubr. ppt, antimon.
iaph. aut ex C. C. pulverisato, corall. rubr. ppt. Lap. pru-
ell. & Ceruf. antimon., cum cinnab. vel conducit Eff.
or. chamom. offic. millefol. gentian. rubr. Tinct. corall. &
pirit. Nitr. dulc. Ad *sedativa selecta* spectat Cinnab. Extr.
: Eff. flor. chamom. & chaccarillæ, extr. & Essentia Ca-
torei: temperant insuper incongruos illos motus gelati-
æ passulatæ, & Passulæ maj. & minores diæteticæ usurpa
e: quo porro spectat Decoct. C. C passulatum, Decoctu
venæ passulatum cum cryft. tartari mixta: aut species e
. C. rafpat. herb. & fumit. millef. herb. hepat. nobil. sca-
iof. bellid. min. flor. chamom. vulg. aneth. sambuc. anil
ellat. bacc. junip. cort. citr. rec. paff. maj. & min. quæ in
orma infusi Theiformis usurpandæ: *Externe* concedi pot-
st cautus usus ante nominatorum Linimentorum cum
xtr. Castorei parcius combinandorum, aut Empl. de bacc.
auri cum theriac. mixti aut Fomentorum vaporosorum;
ngula vero talia auxilia neque immodice, neque præcipi-
nter, sed perquam *leniter* & circumspecte ordinanda; nam
aliquo tempore conatus hæmorrhoidales *refractariam*
uandam qualitatem continuerint, tunc prudens medi-
us ab omni *coactione* & *impatienti* Hæmorrhoidum *commo-
one* sedulo abstinet.

§. VIII.

Tertia nunc excipit indicatio, quæ *directam* motuum
æmorrhoidalium promotionem continet: & hæc iterum
lenis,

lenis, opportuna & *circumspecta* esse debet: hæc promot per *interna* & *externa* adminicula perfici potest: *inter* conducunt lenia *laxantia*, quæ *ultimam* eruptionem facil tant; porro providus usus Elix. P. P, justa ordinatio Pilul rum Stahlianarum, salia tartarisata &c. quare *Frommann de Hæmorrh. Part. II. probl. 30.* dicit: *Laxior in hoc casu alv auxiliatrices Medico porrigit manus, eo quidem felicius, q magis per consensum ex vicinia ortum vasa ea ratione emolliu tur, & ut referentur convenientibus disponuntur: contrari a contraria seu sicciore alvi constitutione est expectandus eve tus:* huc porro quadrat vinum medicatum leniter laxa ex rhabarb. & tamarindis cum passulis & cremore tarta additis quibusdam temperatis resolventibus & carmina vis; modo tale infusum diluatur cum aqua medica subterr nea, deinde *tali* ordinetur tempore, quo motus hæmo rhoidales *non valde* anomali & impetuosi existunt: qu quod *tali* etiam tempore convenit decoctum avenæ tam rindinatum, modo nulla *biliosa* recrementa resistant: co venit præterea Elixirium paratum cum Liquore salis tar ri ex rad. gentian. rubr. bacc junip. & laur. anis. stellat. fl chamom. offic. cort. aurant. recent. herb. menth. cent. mi & tantillo castorei, quod gt. 40. 50. 60. ante prandium cœnam adhibitum haud inutile, modo cum judicio us petur: hisce annumeramus Mixturam ex Ess. aloes. C. a rant. rec. flor. chamon. Castorei & Spirit. nitr. dulc. u cum Spiritu carminativo: indies mane 50. gt. cum deco herb. Theæ assumenda: Modicus & circumspectus u *Vini Hungarici* multum levaminis motibus hæmorrhoi libus affert, quo ad *faciliorem* pertingant eruptionem, s vata modo illa necessaria *cautela*, ne *tali* adhibeatur te pore, quo conatus hæmorrhoidales valde *impetuosi*, ref ctarii & *anomali* sunt: quando præsente *temperatiori propiori* molimine hæmorrhoidali cum mitioribus lax tibus *martialia* selecta remedia *modica* tamen quantit

co

conjuncta exhibentur, tunc æque fluxum hæmorrhoida-
em *facilitant*: alias enim in hoc hæmorrhoidali processu
haud salubre est, si *promiscue* aloetica, crocata, myrrhata
& similia ordinantur, quæ sub *temerario* usu repente *perni-
ciosos* exserunt effectus: ita pilulæ ex extr. cent. min. gent.
rubr. c. b. bacc. junip. chamom. castor. rhabarb. aloes cum
tmat. mart. mixtæ ad *ultimam* Hæmorrhoidum perruptio-
nem non parum prosunt, sed requirunt etiam quoad suam
ordinationem *prudentem* medicum: Infusum calidum ex
herb. cent. min. flor. cham. offic. anis. stell. bacc. laur. & ju-
nip. croc. orient. tamarindis &c. paratum perinde Hæ-
morrhoidum perruptionem adjuvat: *Externa* vero salu-
taria auxilia sunt *enemata*, non *communi* modo stimulantia,
sed vel cum paucis granis pilul. Stahlian. sociata, vel cum
exiguis granis rad. squillæ, cum ol. chamom. decoct. extra-
ctæ, conjuncta: præterea conveniunt *Fomentationes* vapo-
rosæ, & si post harum usum venulæ non perrumpunt, *Hi-
rudines* ad loca congrua applicentur, observata iterum il-
la cautela ne per fomentationes sanguis *nimium exæstue-
tur*, neve ultra duas apponantur, quia tantum hoc modo
Hæmorrhoidibus *via monstranda* est; unde contingit, ut
post peractam talem applicationem & sectionem venæ se-
dales *aliquandiu* fluere *continuent*: de reliquo de hoc salu-
tari Hirudinum usu in tali necessitate conferatur *Dissert.
Illustr. D. D. Stahlii de Sanguisugarum utilitate*, *D. D. Præsi-
dis tract. de Hæmorrhoidibus*, ubi ex Indice conspiciendum,
quam sæpe illius usus Hirudinum mentio facta fuerit, nec
non *Frommann loc. cit. probl. 27. Franckenau diss. de Hæmor-
rhoid.* nunc *in Satyr. Med. p. n. 459. 460.* Nec contemnen-
dæ sunt modestæ *Frictiones* sub modica fomentatione usur-
pandæ, modo cum panno illæ administrentur, quo mini-
me asperiores herbæ, aut hirsuta folia, ut ficus, borraginis,
echii, serratulæ &c. quæ vulgo commendantur, sed a pe-
ritis parum approbantur, seligi & adhiberi debent: *Suppo-*

 sitoria

ſtoria lenientia (nam *alia periculoſe* in tali afflictione ordi-
nantur) rariſſime locum inveniunt, quia *ægrius* applicar
poſſunt: habent etiam *Inſeſſus* in hoc paſſu ſuam utilitatem
modo caute & *methodice* adhibeantur. Apertio deniqu
Hæmorrhoidum per *lancettam*, niſi a *perito* & circumſpe
cto homine præſtetur, ſatis *anceps* eſt. *conf. Frommann. loc.*
cit. probl. 31.

§. IX.

Convertimus nos jam ad illam methodum proponen
dam & obſervandam, *quando ſalutariter* Hæmorrhoide
promoveri debent: Etenim omnia hæc auxilia, quæ hacte
nus commendata fuerunt, *citra* methodum adhibita, poti
us *ſiniſtrum*, quam proſperum producent effectum: quam
obrem *urgente magna* ſanguinis copia, haud ſecurum eſ
confeſtim hæmorrhoides impellere & urgere velle, ſe
præſtat *prius* corpus a *generalibus* impuritatibus per *lene*
laxationem liberare, alvumque *lubricam* & apertam ſerva
re: *vomitoria* Hæmorrhoidariis valde ſunt *inimica*, qu
eximiam *anomaliam* motibus hæmorrhoidalibus commu
nicant & *totum* proceſſum, in *ſenſibilibus* præcipue naturi
adeo *corrumpunt*, ut ægerrime *redintegrari* queat: *præſe*
vatorio & *præparatorio* modo ſanguis per V. Snem, in *pe*
ſuſcipiendam, ventilandus eſt, quo reliqua maſſa *libere* ci
culari & ad futuros motus hæmorrhoidales *aptari* quea
hinc *neceſſariæ* congeſtiones ad loca hæmorrhoidalia mo
deratius ſuccedunt, aliaque *impedimenta* & confectar
præjudicioſa avertuntur: V. S. in *brachio* motibus hæmo
rhoidalibus ſublevandis & ordinandis *haud* conducit
quare ad Hæmorrhoides *cæcas* & *excedentes* revellend
V. Snem in brachio vulgo ordinant: interim elegante
Galenus in lib. de curat. rat. per Sangv. Miſſ. cap. 6. dicit;
ſi retentæ Hæmorrhoides mittendi ſanguinis occaſionem præſt
terint, ſiquidem cohibere eas voles, quæ in brachio ſunt: ſ
provocare, quæ in cruribus conſiſtunt, venas ſecare conveni

M

Motus enim hæmorrhoidales per V. Snem brachii *avertuntur* & a *legitimo* suo ordine avocantur & *seducuntur:* Quando vero hi conatus hæmorrhoidales *impetuose* invadunt, immoderate insistunt, *inordinate* procedunt, tunc *hoc tempore* & *tamdiu* Hæmorrhoidum eruptionem prosequi & *urgere* nullus in se suscipiat, quin *periculosorum*, si non plane *funestorum*, consectariorum ipse causa fieri mallet: quare sub *tali* statu ab *omni* Hæmorrhoidum promotione & impulsu *securius* abstinendum est: imo ne quidem hoc tempore *lenis* directa promotio exoptatum & *salutarem* nanciscitur successum, quoniam *immoderati* motus hæmorrhoidales semper resistunt: quapropter sub immoderato motuum hæmorrhoidalium statu non nisi lenientia, antispasmodica, temperantia, mitiora diaphoretica, alvum emollientia & secura sedantia remedia adhiberi debent: quando vero molimina hæmorrhoidalia *temperatiora* & tractabiliora sunt, *tunc illa* auxilia in usum trahere convenit, quæ in præcedentibus commendata fuerant; observata illa cautela, ne subjecta *nimia* remediorum quantitate obruantur, neve *præceps* mutatio cum prædictis indicationibus & indicatis instituatur, neque *immodestius* motus hæmorrhoidales urgeantur; quare, si prudens medicus aliquam in hisce moliminibus obviam *refractariam* qualitatem observaverit, ab omni *temerario* ausu sollicite desistat, sed rectius *opportuniorem* occasionem, scopi sui promotionem expectet; interea tantum *remotive* & *indirecte* operetur, atque leni & prudenti *humorum, viarum* & *motuum* præparatione id efficiat, ut *alio congruo* tempore facilius ad *legitimam* & moderatam eruptionem perducat Hæmorrhoides: quando etiam occasio permittit, ut *directe* motus hæmorrhoidales prudens artifex *promovere* possit, tunc illum servet *ordinem* ac probatum moderamen, quo non *simul* & *uno* tempore per *interna* & *externa* Hæmorrhoidum apparitionem & eruptionem adjuvet, ne motus hosce adeo *sensi-*

bilesnimiam excitet adeoque *præjudicialem* quandam *ani-malium* convocet, sed ut *nunc* per interna, *alibi* per exter-na succurrat; constanter tamen *incongruas* commotiones præoccupet, *ordinarias* excretiones *modice* & *methodice* fa-cilitet & promoveat & tali moderamine hunc finem pro-sequatur; nam quod *leni* modo in hoc processu non impe-tratur, id *fortiori* non modo *ægrius* obtinebitur, sed *peri-culosior* negotii hæmorrhoidalis status provocabitur: quan-do denique desiderata Hæmorrhoidum *apertio* obtent[a] fuit, tunc *durante* hoc fluxu animus in tranquillitate & continentia servandus, reliqua etiam ex *diæta* & *regimin[e]* proficua consilia & adminicula concilianda & applicand[a] sunt: *conf. D. D. Præsidis tract. de Hæmorrhoidibus disput. d[e] Hæmorrhoidariorum Regimine & Diæta.*

§. X.

Dum in præcedentibus de salutari Hæmorrhoidu[m] promotione verba fecimus, ita nunc ordo postulat, ut i[n] *opposito* alterum Thematis nostri membrum & argumen-tum explicemus, quod eo minus difficultatis atque obscu-ritatis continebit, quo magis ex *salubri* & *legitima* Hæmor-rhoidum promotione sonticæ reliquæ *aberrationes* inclare-scent: Quo vero iterum aliquem *ordinem* servemus, *tripli-ci* modo *periculosa* & *perniciosa* esse potest Hæmorrhoidu[m] promotio: *primo* quando *citra* aliquam *congruam* æstima-tionem & *præparationem* negotii *Hæmorrhoidalis* varia *tem[e]-raria* experimenta in hac promotione instituuntur: *secu[n]-do* quando *minus secura* & congrua consilia & media obtr[u]-duntur: *tertio* quando *nulli ordines* ac methodici proce[s]-sus in hoc instituto seliguntur & in usum ducuntur: *Pri[ma]* antipraxis *duplici* iterum modo elucescit, vel quando m[o]-tus non recte *discernuntur*, an hæmorrhoidales, an *minus t[a]-les* existant, vel quando subito *veri* motus hæmorrhoidal[es] *imperite* & temere insultantur: quoad *primum*, jam [e] præcedentibus elucescet, quod aliquando *error* in pers[...]

ia committatur, quando quidam ex nimia *confidentia* in Hæmorrhoidum *salubritatem* (quam tamen *non absolutam*, sed limitatam esse, multi ignorant) *quaslibet* singulares & intricatas commotiones per *abdominis* regiones ac viscera vagantes, *promiscue* pro moliminibus *hæmorrhoidalibus* æstimant, adeoque ex *erroneo* titulo & *falso* jure actionem suam eo dirigunt, dum Hæmorrhoides promovere non erubescunt, ubi *nulla* proclivitas *ad hunc* fluxum adest: hinc illæ lacrymæ tot *corruptorum* morborum, qui ex ejusmodi inperte mala affectuum cognitione & discretione originem trahunt: quare multum refert, quo in motuum hæmorrhoidalium *cognitione certam*, evidentem, solidam & fundatam medici possideant firmitatem: quanta enim ignominia, quantum dedecus & quantum detrimentum sit, si nonnulli plangore regiones complent, quod hic aut ille curam suam ad alienum direxerit morbum, er habe Ihn auf eine gantz andere Kranckheit curirt, vix verbis satis exprimi potest: Quoad *alterum* aliquando contingit, ut *quidam* motus, *vere* hæmorrhoidales, *subito* invadant, sub illa persuasione hanc esse *συνεργίαν*, qua natura Hæmorrhoides, *sponte* urgens, sed ob quasdam *difficultates* non perducens, a Medico *artificiosa* manu *sublevari* debeat, inde fore, ut medicus *dimidio* labore ad hunc scopum pervenire queat: ast hæc persuasio dulcisonans magis *pragmatica*, imo plus *imaginaria*, quam practica est: nam si natura *sine ordine* congruo hunc conatum suscipit & Medicus hoc *anomalum* institutum prosequitur, tunc cæcus cæcum ducit, ambo in foveam incident: quali specimine Medicus male suum ministerium naturæ exhibebit! Etenim negotium hæmorrhoidale, utpote *sensibile* & in *anomalias* valde pronum, nihil minus, quam tales inconsideratas, *præcipites* & audaces invasiones perferre potest: inde utplurimum evenit, ut *ejusmodi* motuum hæmorrhoidalium aggressiones atque *im-*

pulsus non *directum* effectum & scopum assequantur, s
periculosas sanguinis *orgasticas* commotiones, acerbi
res, graviores & tenaciores viarum *stricturas spasmo*
cas, sanguinis denique exitiosas *incarcerationes* cause
tur: ab ejusmodi *imperito* ausu aliquando in subjectis
cholerico temperamento paulo largius participantibu
illud *suspectum* provenit phænomenon, ut loco *promot*
nis Hæmorrhoidum, pertinacissima alvi *obstructio*, atr
cissimi interni ardores, angores & dolores consequa
tur, ut talis extrema calamitas aliquando statum & c
sum propinati *veneni* sive Veneficii æmuletur: qu
quod accidit, ut oblata remedia Hæmorrhoidum fl
xum *impellentia*, post excitatam tenacem alvi *occlusione*
plane *alienas* evacuationes velut Mictum cruentum, e
treme angentem stranguriam, periculosam Dysuria
aut excedentes Vomitus, vel Iliacæ passionis prodromos
schemata excitent & causentur.

§. XI.

Ordo nos jam ducit ad illa *consilia* & *media* indica
da, quæ *perperam* ad Hæmorrhoidum promotionem a
hibentur & hæc non alia sunt, quam illius classis atq
valoris, quæ a *D. D. Præside in cit. tr. de Hæmorrh. differt.*
Hæmorrhoidibus suppressis & cæcis illis thesibus allegantu
in quibus *cautelæ practicæ* sive *privativa Therapia* contine
tur; hoc vero loco seorsim annotandum est, quod pess
me *Vomitoria* in hac necessitate sub illa Sylviana persu
sione admittantur, quasi *cruditatem* ventriculi & bilio
recrementa, fluxui hæmorrhoidali inimica, educant: u
tamen peritis & attentis viris incognitum esse haud po
est, quomodo *turbati* inde motus hæmorrhoidales pl
noceant, quam evacuatio illa *quadantenus* proficere poss
hinc non *ambigua* bona sunt facienda, si *apertum* inde pr
venit malum: porro *fortiora* purgantia, clysteres *sensib*
lius stimulantes, (de tali infelici usu Clysteris acrior

gar

ıngrænæ cauſa in hæmorrhoidario *vid. Gaſſendus in vita eireſcii lib. 4. p. 158.*) ſuppoſitoria *acriora* valde ſunt inica, propterea que ſemper evitanda, quia eximias, ſi non ane lethales, *anomalias* hæmorrhoidales provocant; ob cum ipſius *Aloës* uſu in hac afflictione *caute* procedenım eſt: quemadmodum enim *crudior* aloes *nunquam* in c caſu conducit, ita *correcta* nihilominus *providam* requi: ordinationem, quoniam facile in ſubjectis *ſenſibilioris* & *fervidioris* indolis ac temperamenti præjudicioſas *ullitiones* ſanguinis, communiter vero ardentes moleas, in inteſtinis, quas *ſenſibiles* naturæ *ægrius* perferunt, uſatur: accidit itaque a *poſitivis* purgantibus, ut aliquan) *loco evacuationis* alvinæ, ſuſpecta alvi *obſtructio*, cum terno *ardore*, *ſpasmorum* acerbiori accremento & *ganæna* inteſtinorum funeſta conjuncta, conſequatur, ſuerveniente colica convulſiva, febrili confuſa commoone & præcipiti lethali eventu: quare *Frommannus l. c. 2. probl. 30. p. 397.* de talibus purgantibus dicit: *hæc maem ad vaſa jam ante affecta affluxum concitando, obſtruonem & hinc dolorem pariter, ut in obſtructione alvi perticiori mirum quantum poſſunt agere.* Quæcunque porro *terne* & *externe* inteſtina valde *ſtimulant*, ſive fuerint *aiora* aromata ſive *ſulphurea* & oleoſa reſinoſa, ſive *conntratiora* ſalina, illa conſultius in hoc caſu non adhibeıtur, quoniam perinde inteſtina, ſub motibus *ſpaſticis* & *ngeſtoriis* comprehenſa, magis *irritant*, ſanguinis immoeratam orgaſticam & congeſtoriam commotionem *exarbant*: ob id radices valde *reſinoſæ* & *acres* ſecurius oitti debent: quicunque itaque ſub moliminum hæmoroidalium *immoderatiori* ſtatu & gradu Tincturas *ſpiriοſas* ex *acrioribus* talibus ſpeciebus extractas, ordinant, i *male* negotio hæmorrhoidali conſulunt: Præterea in li Hæmorrhoidum promotione minus ſalutaris & ſecuıs uſus eſt Salium *volatilium* oleoſorum, oleorum deſtillato-

latorum, spirituum volatilium, Camphoræ; neque etia facile, *promiscue*, sæpe aut copiose Myrrhata & Crocata o dinari debent: quæ singula remediorum specimina *n mium* impellendo humores & commovendo vias *pessim* effectus edere solent: male & illi negotio hæmorrhoid consulunt, qui Clysteribus olea destillata, gummata acri ra & similia immiscent, quæ facile, ut ante notatum fu *sphacelum* in intestinis excitant: ob id iterata vice ex ctum judicium & singularem *circumspectionem* comme mus, ne reliqua consilia & auxilia, quæ ad *salutarem* H morrhoidum promotionem supra commendavimus, sin stre ordinentur, quia singula illa sub *imperita* & *inoppo tuna* applicatione æque *noxam* parere possunt: Quo vero de *minus securis* internis auxiliis in præsenti neces tate Hæmorrhoidum promovendarum dictum fuit, ide valet de *externis*: omnia *acria* cane, pejus & angue fug enda sunt: quare succus ireos, cyclaminis, cæparu chelidonii, armoraciæ, ol: amygd. amar. rutæ, pulpa & pul vis Colocynth. stercus columb. fel tauri, pulv. helleb. ni staphid. agriæ, calces & croci cupri, remedia æruginosa, loes pulverisf. croc. orient. myrrh. mell squillit. &c. a nu lo provido medico adhibeantur; utut enim exemp prostant, quod talia subjecta *unquam* Hæmorrhoides ap ruerint, tamen *dubiis* & *periculosis* talibus successibus des non facile tribui potest: quemadmodum enim vi hæmorrhoidales valde sunt *sensibiles*, ita sub *moliminib* hæmorrhoidalibus eo *majori* polleant sensibilitate, quare *immediate* ad easdem *acriora* talia applicantur subjecta, cile *pessimorum* repentinorum effectuum causa evadun Præterea ex nostra commendatione excidunt fomenta suffimigia acria: neque *promiscue* lenientia balnea & fo menta adhiberi debent, quoniam sub *inopportuno* & *nim* usu suspectam sanguinis *ebullitionem* & immodicum ej

assi

[f]luxum, salutari eruptione & fluxione *destitutam*, ad loca [hæ]morrhoidalia excitant.

§. XI.

Ultima tandem excipit consideratio, quod videlicet ali[qu]ando *minus prospere* & salutariter Hæmorrhoidum *pro[mo]tio citra* ullum ordinem aut aliquam *methodum* urgeatur: [Hæ]c animadversio iterum ex præcedentibus jam innotescit, [qu]are hoc loco brevitati studendum erit: quando præter [nu]dum Hæmorrhoidum *impulsum*, nullæ *aliæ* indicationes [ob]servantur, communiter *pessime* succedit fluxus Hæmor[rh]oidalis instituta promotio: quando *probata* remedia, mo[tu]s hæmorrhoidales *adjuvantia*, *illo* obtruduntur tempore, [qu]o sanguis in vehementi *orgasmo*, alvus pertinacius *obstru[ct]a* & in abdomine acerbiores *spasmi* sunt, *male* utpluri[mu]m decurrit Hæmorrhoidum *promotio:* quando pilulæ [St]ahlianæ, quæ alias in ordinando negotio hæmorrhoidali [su]b prudenti directione *egregiam* opem ferunt, *indiscrimi[na]tim* obtruduntur & si illa *obstacula*, quæ illarum *prospe[ra]m* operationem impedire possunt, non *removentur*, ipsæ [su]binde *impatienter* repetuntur, tunc mirum esse haud de[be]t, cur *sub tali imperito* illarum usu utplurimum *sinistre* [suc]currat promotio hæmorrhoidalis fluxus; in quo statu mi[ni]me quisquam suam famam salvare poterit, si eo provo[ca]verit, quod pilulas illas adhibuerit, quæ *prudentem* & *pe[riti]am* requirunt ordinationem: neque bene cedit negoti[u]m, si medicamenta, Hæmorrhoidum *promotioni* dicata, *con[fu]se* propinantur, ut *unum alterius* salubrem effectum aut [im]pediat, aut plane *invertat:* præterea male succedit Hæ[m]orrhoidum promotio, quando *præter leniora* securiora & [te]mperatiora auxilia etiam *acriora* & calidiora ingeruntur, [q]uæ posteriora iterum *corrumpunt* illum affectus *mitiorem* [st]atum, quem priora invitarunt: neque illa salubris est pro-

E motio

motio, quando alvus *fortius* irritatur & evacuatur, intim
etiam sanguis *potentius* commovetur & viæ hæmorrhoidal
in & externe *sensibilius* stimulantur: cæcam insuper Emp
riam olet, quando quædam ad Hæmorrhoidum promotione
proficua remedia commendata *indiscreto* tempore obtr
duntur, aut quando *tali* tempore eruptio hæmorrhoida
urgetur, quo corporis debita *præparatio* perficienda esse
etenim ad *legitimum* Hæmorrhoidum statum pertinet e
iam *illa* qualitas, quod *justo* tempore succedere debeant,
itaque quisquam temerario ausu plane *extra idoneum* tem
pus Hæmorrhoides impellere mallet, tunc *confuso* hoc c
natu *totum* processum hæmorrhoidalem *turbaret*, ut lo
legitimæ promotionis, graves hæmorrhoidales corrupti
nes & *anomalias* excitaret: nam non modo regula *prude*
tiæ, sed & rationalis & artificiosi *officii* est, quando Medic
sua negotia *justo* tempore peragit: quæ observatio maxim
in *Processu Hæmorrhoidum* annotanda & applicanda est; qu
niam communiter *salubres* Hæmorrhoides exactam tem
poris rationem observant, hinc *Frommannus* dixit *loc. c*
p. 2. probl. 34. p. 420. Hæmorrhoides quæ statum tempus o
servant cum sub regimine & Naturæ cursu determinato
teant, non nisi eodem illo tempore, quo recurrere sunt soli
promovere decet, quia Naturam tunc temporis propitiam m
nusque auxiliatrices conferre, pronam, sed extra hoc temp
invitam habet: Multo minus prudens artifex *sensibiles* H
morrhoides *vi* aliqua *cogere* & si motus illarum *refracta*
esse comparuerint, aliquo *impetu* easdem expellere nitat
quæ *crassa* plane est, neque *ullo* rationali prætextu & arg
mento excusanda *amethodia:* quodsi præterea negoti
hæmorrhoidale aliquid *hæreditariæ* dispositionis contine
rit, tunc detestandus omnino *ille* est *ausus*, quo *confest*
in motus hæmorrhoidales *invasio* & aggressio instituit
unde valde *perniciosi* oriuntur effectus: quando etiam

imp

improvida Hæmorrhoidum promotione quidam cætero-
quin *probata* ordinant remedia, de quibus tamen obſervant
quod *nihil quicquam* ſalutaris effectus conferant, quin re-
ctius jam pedetentim in *ſiniſtram* operationem inclinent,
tunc graviter illi peccant, qui *nihilominus* talium remedio-
rum uſum *continuant:* denique *amethodia* eſt, quando *e-
ruptio* hæmorrhoidalis *urgetur*, quam diu adhuc eluctatio-
nes hæmorrhoidales in *inſolitis* viis durant: *confer. Dn.
D. Præſidis tract. de Hæmorrh. diſput. de Hæmorrhoidum
inſolitis viis.* Hæc ſunt quæ in præſentis thematis com-
mendatione & deductione proponere placuit: Quare huic
practicæ diſquiſitioni faſtigium imponimus, DEOque de-
votiſſimas reddimus gratias, quod præſens inſtitutum ſua gra-
tia & almo auxilio beare & comitari voluerit, quo exopta-
tum fuerit nactum ſucceſſum atque decurſum, cui omnes
noſtros conatus commendamus, ut bonus ipſis
ſemper affulgeat

FINIS.



